rum peccatorum quæ alias dixit coram iſto fratre, & petat ſchedulam ab eo, quam ſuo exhibeat Parocho. Hęc illi Doctiſſimi viri.

21 ¶ Et idē Pater Magiſter à Veracruce verbo, Pręſentatio Fratrum confeſſorum, poſtq; dixerat in Nouo Orbe non eſſe requiſitā præſentationem confeſſariorum Indorum coram Epiſcopo etiam ſemel: ex conceſſione Pij. 5. ſtatim addit. Quo ad alios Chriſticolas in Nouo Orbe diligenter omnibus priuilegiis conſideratis videtur, ꝙ non ſit neceſſaria præſentatio adhuc ſemel: quāuis conſilium eſt bonum, vt id fiat ſicut & fit, ſaltim ſemel in vita quilibet qui de nouo eligitur cōfeſſor pręſentetur. Videat qui voluerit Expoſitionem Leonis. 10. & Pauli. 3. & Clementinę Religioſi de priuilegiis. Nec obſtat, ꝙ in Concilio Tridentino fuerit facta reſtrictio circa confeſſores approbandos à Dięceſano, quia ſicut dictum eſt, poſt dictū Concilium priuilegia ſunt approbata, & iterum confirmata, & omnis reſtrictio eſt ablata, maxime in foro conſciētiæ. Sed iam iam morti proximus ꝓpria manu ad marginem appoſuit. Verum quia res maximi momenti eſt & dato in foro conſciētiæ ōnia priuilegia ſint confirmata ablata omni reſ-